iam sunt ex Ratisponensis Ecclesiae ministerium D. Nopus. De ministeriis oppidanis nihil dico, quia nostri timentis exemplum fere omnes secuti sunt. Ita nunc bestiae charactere signati sunt, quorum maiores agni nomen in fronte gestabant, et cum magna laude veritatem amplectebantur.
Ego nonnunquam varia cogito. Nam morbo sic affectus sum, ut in conclavi suis ~~dat~~ discedere gestari non possim. Cogor igitur spectator esse huius tragoediae, quemcunque tandem exitum est habitura. Filius Dei tot nunc sanctos et pios doctores, quibus veritas Ecclesiae confirmatur et regis, gubernet. Video te adiungis ~~[illegible]~~ pauli doctorem. Hic unus libellus magni thesauri instar est. Dominus benedicat vobis et tueatur vos in tanta perturbatione. Bene vale. Datae Noribergae. VI. Julij. 1548

Theodoricus
Vitus.

Ad eundem Philippum Hieronimi Baumgartneri Senatoris Norimbergensis epistola.

S. Etsi mirabiliter me exercuerit scholarum
1550

dissipatio superioris anni, tamen utrumque rursus videram restaurari nonnihil spei reddebar, fore ut pro immensa bonitate sua relinqueret semina verae doctrinae dominus.
Sed ita rerum gerimus partem tantum in Elephantinus, non modo scholas, sed et Ecclesias et politias haurire incipit. Nos spe nostra quarum moderationum per quas retineri queant, τὰ ὀρθὰ δόγματα (vera dogmata), utrunque περὶ τῶν ἀδιαφόρων (de indifferentibus) fuerit hactenus alimur.
Utinam exitum, quod et mihi fortassis fere, dum tuis nos coniungat, aut mors eripiat futuris calamitatibus. Christus nos respiciat et nomini suo det gloriam. Caeterum quo in loco res omnes apud nos sint ex Andrea audies, neque enim scribere tutum est.
Dominus vestram Ecclesiam et scholam in qua renatum est dirimunt hoc misere nimis ita tueatur, ne quando dicant gentes, Ubi est Deus eorum? Vale pridie Chiliani 1548.

H. Baumgartnerus